

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Peccatum ao
cum uariis

Dyabolus nulla precedentis peccati uindicta superbiens peccauit; ego uisa eius pena contempnens ad peccatum properaui. Ille in innocencia constitutus, ego uero restitutus. Ille perstigit in malicia Deo reprobante, ego uero Deo reuocante. Ille uero obduratur ad punientem, ego uero ad blandientem. Et si uterque contra Deum: ille contra non requirentem se, ego uero contra morientem pro me. Ecce cuius ymaginis horrebam horrorem, in multis aspicio me horribiliorem.

Anselmus libro de casu dyaboli.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

contempnens *om.* M, continens V¹, non continens V² L¹ L²; properaui] prosperauit M; in *om.* C; reuocante] te M; si] sic P V¹ V² L¹ L²; non requirentem se ego uero contra *om.* C; ymaginis] ymaginem C P V¹ V² L¹ L²; Anselmus] in add. C P V¹ V² L¹ L², V. add. M